Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26021
Copyright: Admont, Benediktinerstift



Si tenent quod accusant. Iuanis insimulant suspitionibus. quas ipsi sibi
composuerunt. Non debent arguere. quod non possunt probare. Sed quia accu
sare non audent. dissipare per uulgus desiderant. Et ideo ad bellum prosi
liunt. ne in iudicium uocentur. In bello enim conceptus est furoris. in pace
ueritatis examinatio. Assumus enim primi supplicius nos spontanei of
ferimus. si tamen aliquis accusatorum prodeat. Aut si in populo inuidia torque
retur. querite diligentius quid consilii fuerit in cetu publico. Nonne in bel
lo instructa pararentur agmina. ut pro libertate unusquisque patriam iuuaret. Ad
uersum ipsos certe latrones quid deliberatum fuerat. nisi ut pax conueniret.
Exasperauerat publicam indignationem singulorum dolor. innocentium san
guis. mulierum gemitus. patrum statutorum preuaricatio. Increpuit gemitus
uniuersorum. quia unusquisque sibi similia pertimescebat. Ad indignissimos sacerdo
tia deferebantur. peti ceperunt uocibus. illi lapidibus plebem cedere. telis neca
re. Exarsit publicus dolor. illi in templo latronum sibi receptacula constituere.
Itaque pacis locus reuerentibus (vel reuerendus) etiam gentibus. In domicilium sanctitatis. factum est
predonum conciliabulum. In quo ex omnibus terrarum partibus confluebatur ad cultum
feste celebritatis. ibi nunc stabula quedam ferarum sunt. humano cruore
madentia. Licet uobis hec querere. vel armatis sine lege. Belli tamen
fuit plerumque inter arma iudicium. In iusticia deposuit belli instrumenta.
compescuit tubas equitatis sententia. Potestis hec arma ad defensionem
urbis conuertere. que sumpsistis ad euersionem. Licet etiam introire sine
armis. audire et percontari omnia. Si quid remissum aduersum hostem repperitis.
proditionem putate. Quod si neque uindices uos. neque arbitros exhibere uultis.
quid miramini si porte armatis non aperiuntur. Non iste aduersum cognatos.
sed aduersum arma clause sunt. Bellum deponite. Et porte patebunt.
Hec ubi sacerdotes locuti sunt. Et maxime ihesus ceteris senior. post ananum
tamen qui secundo loco fungebatur. indignantibus idumeis. quod non continuo ur
be recepti forent. Symon unus de ducibus ydumeorum. minime inquit mi
rum si aduersum ciues seuiunt. Et clausos tenent. qui nationi socie por
tas clausere. Et non patiuntur consortes et participes suos ingredi. Nobis de mu